



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Constitutiones Variorum Pontificum in præcedentibus Editionibus
desideratas, summoque studio hinc inde conquisitas complectens

Luxemburgi, 1741

Calixtus II.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74452](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74452)

GELASIUS SECUNDUS.
PONTIFEX CLXIII.
ANNO DOMINI MCXVIII.

Gelasius Cajeta oriundus Paschali secundo successit anno Christi 1118. A Cincio Francipani mox pulsus, dein ab Henrico V. surrogato Gregorio VIII. depositus. Cæsarem in Germaniam redeuntem diris est persecutus, unde Schisma recruduit. Ipse in Galliam profugus obiit anno 1119. post Synodum Viennæ habitam. (*Magni Bullarii Romani Tom. I. hujus Editionis Luxemb. 1727. Append. fol. 32.*)

I.
Ex Labbe
Tom. 10.
Concil.
Edita An.
Dom. 1119.

Confirmatio Gualterii in Archiepiscopum Ravennatem post Schisma ejuratum, eique pallium cum aliis juriis concedit.

GELASIUS EPISCOPUS.

Servus Servorum Dei, venerabili Fratri Gualterio Ravennatum Archiepiscopo Salutem & Apostolicam benedictionem.

Exordium.

Unitati Divinæ Trinitatis gratiæ agendæ sunt, quæ per suæ caritatis Spiritum divisa conjungit, & multos in se animos unum facit: Ecclesia siquidem Ravennatum per multa jam tempora ab Apostolica Sedis unitate discissa, multas eidem Sedi Apostolica persecutiones intulit, & Ecclesiis multis perverſi Schismatis fomite ministravit. Quia propter ad ejus nequitiam deprinendam, subjectarum in Ecclesiarum quasdam sibi Apostolica sedes assumpsit, ut vel sic eam ad humilitatis & unitatis tramitem revocaret. Sed cum tandem Divinæ majestati placitum fuit eandem Ravennatum Ecclesiam misericordiæ suæ gratia ad unitatem, & obedientiam Matris suæ Romanæ Ecclesiæ revocavit. Iniquitatem namque suam illius filii recognoscens, delicta patrum corrigere probaverunt: ut qui præteritis temporibus per tyrannidem regiam præsules regibus placentes accipiebant, nunc denuo secundum Canonicas Sanctiones Episcopum Deo placentem eligerent, & Schismate abdicato in catholica congregationis gremium repedarent. Te siquidem, Reverendissime Frater Gualtere a disciplina fratrum regularium violenter assumptum, pro religionis ac sapientiæ prerogativa, in Beati Appollinaris cathedra communi voto ac desiderio posuerunt, & in Apostolicæ sedis obedientiam unanimiter redierunt.

Quas Ravennatum Ecclesiæ subiectas ut ad unitatis tramitem revocaret sibi sedes Apostolica assumpserat Ecclesias restituit.

§. 1. Unde nos Divinæ Trinitatis unitati gratias agentes, personam tuam pro jure nostræ Ecclesiæ, ad Episcopale ministerium cooperante Domino consecrantes, tibi, & per te Ravennatum Ecclesiæ dignitatem omnem, quam ante illius divisionis tempora per Romanam Ecclesiam possederat, restitimus: & per præsentem privilegii paginam salvo in omnibus jure atque autoritate sedis Apostolicæ concedimus tibi, tuisque successoribus in ejusdem sedis Apostolicæ fide, atque obedientia permanentibus, Episcopatus Aemiliæ Provincie, id est Placentiæ, Parmæ, Regii, Mutinæ, Bononiæ, Ferrariæ, Adriæ, Comacini, Tmolæ Faventiæ, Fori Livii, Fori Pompoli, Bobii, Cæsennæ, Fi-

cockæ. Confirmamus etiam vobis ducatum Ravennæ, & Monasteria sancti Adalberti, & sancti Hilarii, Galliatæ seu cætera Monasteria & possessiones, per authentica privilegia ab antecessoribus nostris, & a Catholicis regibus tradita.

§. 2. Pomposiani quoque Monasterii curam religioni tuæ salvo Ecclesiæ nostræ jure committimus: ut Regularis disciplinæ per tuam industriam, largiente Domino, reformetur. Præterea fraternitati tuæ pallium, Pontificalis videlicet officii plenitudinem, liberaliter concedimus quo fraternitas tua secundum Ecclesiæ tuæ norem ex Apostolicæ sedis concessione permillum se noverit induendum, cujus inimicum pallii volumus te per omnia genium vindicare. Hujus siquidem indumentum honor, humilitas, atque justitia est. Tota ergo mente fraternitas vestra se exhibere festinet in propriis humilem, & in adversis, si quando eveniunt, cum justitia erectam amicam bonis, perverſis contrariam, nullius unquam faciem pro veritate loquentem premens, tum operibus juxta virtutem constantiæ insitens, tum insiltere etiam supra virtutem cupiens, infirmis compatiens, bene valentibus congaudens, de alienis tanquam de propriis exultans gaudiis, & vitiiis corrigendis piè sæviens, in fovendis virtutibus auditorum animum demulcens, in ira judicium sine ira tenens, in tranquillitate autem severitatis justæ censuram non deserens. Hæc est frater carissime, pallii accepti dignitas: qua si sollicitè servaveris, quod foris accepisse ostenderis, intus habebis.

Ego Gelasius Ecclesiæ Catholicæ Episcopus. Signum manus meæ Gelasi, Deus in loco sancto suo.

§. 3. Datum Romæ per manum Chryfogni S. R. E. Diaconi Cardinalis. Kalendas Septembris, Indictione duodecima, Anno Dominicæ Incarnationis MCXIX. Pontificatus autem domini Gelasij II. Papæ Anno I.

Monasteria possessionesque ab antecessoribus nostris suis tradita confirmat.

Pomposiani Monasterii curam salvo Ecclesiæ jure committit palliumque liberaliter concedit.

Horatio Pastoralis.

Data Kal. Septembris Pontificatus Anno I.

CALIXTUS SECUNDUS.
PONTIFEX CLXIV.
ANNO DOMINI MCXIX.

Calixtus II. Guido antea dictus in Cluniacensi Cœnobio Romanus Pontifex fuit electus Calendis Februarii anni 1119. sub Henrico V. Johanne Commeno Imperatoribus & Ludovico VI. tum in Galliis regnante. Ad celebrandum Concilium Lateranense generale primum adjecit animum quo præprimis Ecclesiam inter & Imperium discordia ob beneficiorum collactione orta in universonum tolleretur dein subsidia contra Sarracenas pro Christianis decreta. Scdit annos V. menses X. dies XIII. obiit die XIII. Decembris anni 1124. (*Magni Bullarii Romani Tom. I. hujus Editionis Luxemb. 1727. Append. fol. 32.*)

Privilegium Monasterii Cluniacensis.

CALIXTUS EPISCOPUS.
Servus Servorum Dei, carissimo in Christo filio Pontio Cluniacensis Abbati ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum.

I.
Ex Labbe
Tom. 10.
Concil. pag. 845.
Editum An.
Dom. 1120.

Religio-

Exordium.

Religionis Monasticae modernis temporibus speculum, & in Galliarum partibus documentum B. Petri Cluniacense Monasterium, ab ipso suae fundacionis exordio sedi Apostolicae in jus proprium est oblatum. Proinde Patres nostri sanctae recordationis Joannes XI. item Benedictus VII. Joannes XII. Agapitus II. item Benedictus VI. Leo VII. item Leo IX. Gregorius. VI. item Gregorius VII. Alexander II. Stephanus. Victor III. Urbanus II. Paschalis II. Gelafius II. Ecclesiae Romanae Pontifices, Locum ipsum singularis dilectionis ac libertatis praerogativa donarunt, & univ[er]sa ei pertinentia privilegiorum suorum sanctionibus muniverunt.

§. 1. Statutum est enim, ut omnes Ecclesiae, Cimiteria, Monachi, & Laici univ[er]si infra terminos habitantes qui sunt à rivo de Salmat, & ab Ecclesia Rusiaci, & Cruce de Lornant: à termino quoque molendini de Tornasach, per villam quae dicitur Varentia, cum nemore Bursejo à termino etiam qui dicitur Perrois ad rivum usque de Salmat: sub Apostolica tantum sedis jure, ac tuitione permanent. Neque ipsi Cluniacensis loci Presbyteri, aut etiam Parochiani ad cuiuslibet nisi Romani Pontificis, & Cluniacensis Abbatis cogantur ire Synodum vel conventum.

§. 2. Sane pro Abbatis, Monachorum, seu Clericorum, infra praedictos terminos habitantium ordinatione, pro Chrismatis consecratione, pro sacri Olei, Ecclesiarum, Altarium, & Cimiteriorum consecratione, Cluniacense Monasterium, quem maluerit, antistitem convocet.

§. 3. Cluniacenses Monachos ubilibet habitantes, nulla omnimodo persona, praeter Romanum Pontificem, & Legatum qui ad hoc missus fuerit excommunicet aut interdicat. Porro si Monachus, Clericus aut Laicus, sive cuiuslibet ordinis professionisve persona, nisi forte certa de causa excommunicata sit, Cluniacensium claustrorum mansiones elegerit; absque contradictione alicujus suscipiatur, & quae de suo jure attulerit, liberè à Monasterio habeantur.

§. 4. Altaria, Cimiteria, & decimae Cluniacensium Monachorum, & quaecumque juris eorum sunt, à nemine auferantur, vel minuantur.

§. 5. De Monachis aut monasteriis Cluniacensibus nulli Episcoporum, salvo jure canonico, si quod in eis habent liceat judicare: Sed ab Abbate Cluniacensi justitia requiratur. Quam si apud eum invenire nequiverit ad sedem Apostolicam recurratur.

§. 6. In Abbatibus, quae cum suis Abbatibus ordinationi Cluniacensis Monasterii datae sunt videlicet S. Martialis Lemovicensis S. Eparchi Angolsimensis Monasterii novi Pistavis, S. Joannis Angeliacensis, Monasterii Lafatensis, Moysiacensis, Figiacensis, & S. Egidii Neumaufensis; in Arvernia, Mauviacensis, Tiarvensis, Menacensis, in Episcopatu Eduensi, Vixeliacensis in Autissiodorensi, S. Germani; in Cameracensi, Hunoldi Curtis in Rotomagensi, abbatia apud Pontifaram in Tarvanensi S. Bertini, & S. Vulmari; in Italia S. Benedicti super Padum: Sine Cluniacensis abbatis praerogative nullatenus eligantur.

§. 7. Pro altaribus, & Ecclesiis sive decimis vestris, nulli Episcoporum facultas sit, gravamen aliquod vobis aut molestias irrogare. Sed sicut eorum promissione quaedam ex parte, quaedam ex integro habuistis, ita, & in futurum habeatis. Ecclesiarum vestrarum deci-

mas, quae à Laicis obtinentur, si secundum Deum eorum potestati subtrahere vestrae Religionis reverentia poterit: ad vestram, & pauperum gubernationem vobis liceat possidere. Decimas Laborum vestrorum, pro quibus tam vos, quam alios monasticae religionis viros inquietare Episcopi consueverunt, illorum videlicet quos dominaturas appellant, qui vestro sumptu à monasteriis, & cellae vestrae clientibus excoluntur, sine omni Episcoporum & Episcoporum Ministrorum contradictione deinceps quietius habeatis, qui vestra peregrinis fratribus & pauperibus erogatis. Ecclesiae omnes quae ubilibet posita sunt, seu Capellae vestrae, & Cimiteria libera sint, & omnis exactio immunitatis praeter consuetam Episcopi paratam & justitiam in Presbyteros, si adversus sui ordinis dignitatem offenderint. Licetque vobis, seu fratribus vestris in Ecclesiis vestris presbyteros eligere. Ita tamen ut ab Episcopis, vel ab Episcoporum Vicariis animarum curam absque venalitate suscipiant. Quam si committere illi, quod absit ex pravitae voluerint: tunc Presbyteri, ex Apostolica sedis benignitate officia celebrandi licentiam consequantur. Ecclesiarum vestrarum consecrationes si Diocesani Episcopi gratis noluerint exhibere, à quolibet catholico suscipietis Episcopo. Nec cellarum vestrarum ubilibet positarum fratres, pro qualibet interdictione vel excommunicatione, Divinorum Officiorum suspensionem patiantur: sed tam Monachi ipsi, quam famuli eorum, & qui se professioni monasticae devoverunt, clausis Ecclesiarum januis, non admissis Diocesanis. Divinae servitutis officia celebrent, & sepulturae officia peragant. Percussuram quoque proprii numismatis, vel monetae quodcumque vel quandiu vobis placuerit, habeatis.

§. 8. Haec igitur omnia sicut à nostris praedecessoribus constituta sunt: ita & nos auctoritate Apostolica constituimus, & praesentis privilegii decreto confirmamus.

§. 9. Praeterea filii in Christo Ponti, quem nos in Viennensis Ecclesiae positi regimine, nostris per Dei gratiam manibus in Abbatem consecravimus: & personam tuam, & Locum cui Deo autore praesides totis dilectionis visceribus amplectentes, & quieti vestrae attentius providentes haec adjicienda censuimus: ut abbatiarum vestrarum electis, nullus Episcoporum sine commendatitius Cluniacensis abbatis litteris consecrationis, vel ordinationis manus imponat. Alioquin & consecrator, tanquam constitutionis Apostolicae praevicator, graviori subiaceat ultioni; & consecratus electio, sive ordinatio donec Apostolicae sedi, & ejus Cluniacensi monasterio satisfiat, irrita habeatur.

§. 10. Porro presbyteris parochialium Ecclesiarum S. Mariae, & S. Odonis Cluniacensium ejiciendi & suscipiendi in Ecclesiam ex antiqua consuetudine penitentes & nuptiales chartas faciendi licentiam indulgemus. Prohibentes, tam Matisconensem Episcopum, quam & alios super hoc, vel super aliis, quae statuta sunt, vobis molestia irrogare. Si quis igitur ausu temerario ut in epistola superiore.

Ego Calixtus Catholicae Ecclesiae Episcopus subscripsi.

§. 11. Datum Valentiae per manus Chrigoni S.R.E. diaconi Cardinalis ac Bibliothecarii, VIII. Kalend: martij, Indi: XIII. Incarnationis Dominicae anno MCXX. Pontificatus autem Domini Calixti II. Papae Anno II.

Privilegia quae confirmat.

Sine commendatitius Cluniacensis Abbas litteris quempiam eligi vetat talemque ordinationem irritam esse decernit.

Ecclesiarum S. Mariae & S. Odonis antiquam consuetudinem excipit. Matisconensem Episcopum alioquin molestias irrogare vetat.

Datum VIII. Kalend. Martij, anno Pontificatus 2.

A Praedecessoribus statutum est ut Monachi Laici, & Ecclesiae aliaque sub Apostolica tantum sedis tuitione ac jure permanent.

Nec ad cuiuslibet Synodum vel conventum nisi Pontificis Romani, Abbatibusque Cluniacensibus Presbyteri cogantur ire.

Pro Abbatis ordinatione rerumque Ecclesiasticarum consecratione à Monasterio quem maluerit antistitem convocari potest.

Cluniacenses Monachi à nemine nisi à Romano Pontifice ejusque legato excommunicantur sunt.

Quaecumque eorum juris sunt à nemine minuantur.

Ab Abbate Cluniacensi aut à sede Apostolica si apud eum inveniri nequiverit justitia requiratur.

In Abbatibus Cluniacensibus Monasterio subditis sine Abbatis praerogative nullatenus eligantur.

de decimis, Presbyterorum electione, aliisque privilegiis à praedecessoribus constitutis.

II.
Ex Anecd.
Martene T.
I. Col. 359.
Anno circi-
ter 1120.

Berardo Episcopo Matisconensi Episcopale munus interdicat, donec satisfiat de illatis Monasterio Cluniacensi injuriis.

CALIXTUS EPISCOPUS.

Servus Servorum Dei, venerabili Fratri B. Matisconensi Episcopo salutem & Apostolicam benedictionem.

Quæ B. Petri Clunianensi monasterio à te illata sunt, & nos & fratres nostros vehementer gravant. Post nostras enim commotiones post scripta frequenter missa manum tuam quod hætenus inauditum est, super ipsam parochiam extendisti, clericos & laicos excommunicasti, & in B. Odonis Ecclesia divina penitus celebrare officia prohibuisti; Monachis etiam graves prout asserunt injurias intulisti, & nonnulla eis pertinentia abstulisti. In his tamen omnibus paterna tibi benignitate pepercimus correctionem tuam, sicut venerabilis frater noster Hu: Lugdunensis Archiepiscopus ad nos veniens promiserat, expectantes. Tu autem, ut prius, sic & postea pertinaciter restitisti. Hanc ergo præsumptionem & tantum Apostolicæ sedis contentum ferre diutius non valentes, licet inviti propter præteritæ dilectionis & familiaritatis gratiam, ex rationabili fratrum nostrorum sententia, Episcopale tibi officium auctoritate sedis Apostolicæ interdiximus, donec à Cluniacensi Monasterio, & Clericorum, seu Laicorum, & ipsius Capellæ infestatione desistas, & nobis de contentu tuo satisfacias.

Datum Laterani V. Idus Januarii.

Confirmat regimen Ecclesiæ Bornhemienfis commissum Affligemiensibus precibus Clementiæ fororis suæ Flandriæ Comitissæ.

CALIXTUS EPISCOPUS.

Servus Servorum Dei; dilecto filio Fulgentio Abbati, Affligemiensium Monasterii, quod ad honorem B. Petri Apostolorum Principis in Cameracensi Diocesi situm est, ejusque successoribus, regulariter substituendis in perpetuum.

Quæ religionis intuitu statuuntur inconversa debent stabilitate servari. Siquidem venerabilis Frater noster Burgardus Cameracensis Episcopus, Consilio & assensu Archidiaconorum, ac reliquorum Clericorum Ecclesiæ suæ, consilio etiam, & hortatu Venerabilis Fratris nostri Rodulphi Remensis Archiepiscopi, sicut in eorum missis ad nos Litteris continetur necnon & rogatu & supplicatione Sifridi Bornhemienfis Abbatis & Fratrum suorum Affligemiensium Monasterio Bornhemensem commisit Ecclesiam, ut in ea deinceps Monastici ordinis disciplina per Dei gratiam, habeatur.

§. 1. Olim quidem in loco eodem Ordo fuerat Canonicus institutus; sed guerris supervenientibus, tanta paupertatis inopia coarctatus est ut neque Ordinem Canonicum conservare, neque per se in Ecclesiastica quoque posse honestate persistere.

§. 2. Nos itaque tam prædictorum Fratrum quam & Sororis nostræ (1) Clementiæ, Flandriensium Comitissæ, quæ ipsius loci dispensatrix est, petitionibus annuentes, & de religione vestra plurimum confidentes, prædictæ Bornhemensis Ecclesiæ commissionem præsentis privilegij pagina confirmamus.

§. 3. Statuentes, ut auctore Deo in Affligemiensium monasterii unitate ac subjectione, sub regula monasticæ disciplinæ in perpetuum perseveret ita nimirum libera, & quæta sicut antea in Ordine Canonico fuerat, cum Altaribus de (a) Havesdunc, Hingem, (b) Kereberga, (2) (c) Rimenham, (d) Mercheclou, & cum omnibus quæ in præsentis legitime possidet, vel in futurum Largiente Deo, justè atque canonicè poterit adipisci.

§. 4. Nulli ergo omnino hominum facultas sit præfatam Bornhemensem Ecclesiam à dispositione vel subjectione vestri monasterij remove, seu qualibet occasione subtrahere, possessiones ejus auferre, vel temerariis vexationibus fatigare, sed ita sub vestro monasterio maneat, sicut à prædicto Fratre nostro Burgardo, Diacesano Episcopo, constitutum, & ipsius chirographo confirmatum est.

§. 5. Si quæ igitur in futurum cujuslibet dignitatis ordinisve persona, nostræ hujus Confirmationis paginam sciens contra eam temerè venire tentaverit, honoris, & officii sui periculum patiat, aut excommunicationis ultione plectatur, nisi præsumptionem suam digna satisfactione correxerit.

§. 6. Qui verò conservator extiterit, Dei omnipotentis, & Apostolorum ejus Petri & Pauli benedictionem, & gratiam consequatur, Amen, Amen, Amen.

Ego Calixtus Catholicæ Ecclesiæ Episcopus laudavi.

Datum apud S. Petrum per manum Chryfogoni S. R. E. Diaconi Cardinalis, & Bibliothecarii III. Februarii Indictione XIV. Incarnationis Dominicæ anno millesimo, centesimo vigesimo primo Pontificatus autem Calixti II. Papæ, tertio.

Privilegium Maternitatis, quam vocat, Ecclesiæ S. Joannis Provinciæ Bisuntinæ in Ecclesiam S. Stephani ejusdem Provinciæ.

CALIXTUS EPISCOPUS.

Servus Servorum Dei, venerabili Fratri Anserico, Manasse Decano, Stephano Archidiacono, Stephano Thesaurario, Hugoni Archidiacono, & ceteris Bisuntinæ Ecclesiæ B. Joannis Apostoli, & Evangelistæ Canonicis, salutem & Apostolicam benedictionem.

Decessorum statuta, sicut legitima & justa, successorem convenit custodire ita debet etiam male facta salubri provisione corrigere. Ea propter nos surrectionem illam quæ domino prædecessori nostro sanctæ memoriæ Paschali

(1) CLEMENTIA Guilielmi Burgundiæ Comitis filia, Calixti II. Pontificis Romani Soror, primum Roberto II. Hierosolymitano, Flandriæ Comiti, post Godofrido Barbato, Lotharingiæ Brabantique Duci, nupta fuit.

(2) RIMENHAM, nunc Rymenham, Pagus est sub præfectura arculæ ad Diliam fluvium, primo lapide à Mechlinia, cui vicinus est Pagus de keeberghe.

Papæ

(a) Haefdonck.
(b) Keerberge.
(c) Rymenan.
(d) Meerbeke.

Sanctio Poenalis.

Pax & benedictio observantibus.

Datum 3. Februarii Pontificatus Anno III.

IV.
Ex Labbe Tom. 10. Concil. pag. 836.
Ex Chifflezii Historia Trencoriana Editum A. D. 1122.

Exordium.

III.
Ex op. diplom. Mirai T. 1. p. 171.
Editum A. D. 1121.

Burgardus Cameracensis Episcopus Affligemiensium Monasterio commisit Ecclesiam Bornhemensem ut in ea Monastici ordinis disciplina deinceps haberetur.

De discordia inter Canonicos B. Joannis Apostoli Ecclesie & S. Stephani pro Episcopali Cathedra, Ecclesiasticaque Maternitate agitata.

Papæ à Clericis S. Stephani de Maternitatis judicio facta est ad veritatis & justitiæ curavimus ordinem revocare.

§. 1. Inter vos enim & Canonicos S. Stephani super Episcopali Cathedra, & Ecclesiastica Maternitate, longo jam fuerat tempore agitata discordia. Siquidem Canonici S. Stephani, Ecclesiam suam Matricem antiquitus extitisse, sed propter ejus destructionem Episcopos ad Beati Joannis Ecclesiam secessisse, prout poterant allegabant. E contra vos Ecclesiam vestram per longa temporum spatia Episcopalem sedem sine interruptione legitima possedisse, scriptorum memoria, & veterum virorum attestationibus firmabatis. Hæc profecto discordia cum ad prædicti domini nostri audientiam pervenisset, nostro eam commisit examini finiendam eo quod ipsius vices illis in partibus gereremus: ita videlicet ut si Canonici S. Stephani quinque idoneis probare testibus possent quod post reintegrationem Ecclesie suæ infra annos triginta super querela hac questionem fecissent, per quam illorum videretur interrupta retentio, scilicet vel ante antistitem suum, vel ante Romanæ Legatum Ecclesie; in communi audientia hac probatione perfecta, privilegia eorum jus proprium obtinerent Episcopalis sedis apud B. Stephani Ecclesiam haberetur: alioquin vos à querela hac liberi maneretis, & Episcopalem teneretis sedem sicut prius tenueratis. Eandem quoque ipsius negotij decisionem, usque ad tunc proximam B. Mariæ assumptionem, idem dominus à nobis perfici, consummarique præcepit. Nos ejus obediens mandatis adhibitis fratribus nostris, & Coepiscopis Gauceranno Lugdunensi, Hugone Gratianopolitano, Leodegario Vivariensi Berardo Matifonensi, Stephano Eduensi, Galtero Cabilonensi, Gauceranno Lingonensi, Pontione Bellicensi, Guidone Gebennensi, Gulinco Sedunensi & Pontio Abbate Cluniacensi, & decem & septem abbatibus, atque aliis religiosis viris apud Trencoricum utramque partem convenimus. Ubi cum pars vestra justitiæ suæ allegationes ostenderet nos probationis executionem à prædicto domino constitutam à S. Stephani Canonicis requisivimus qui vix tandem testes aliquot non tamen idoneos produxerunt. Alius enim pro commisso perjurio, sive turpi nativitate, alius pro sacrilegio, alius pro pretii conductioe, alius pro excommunicatione quâ diu alligatus fuerat, reprobatus est. Sic præfati Beati Stephani Canonici, jam suæ partis causam defendere non valentes à probatione proposita in conspectu omnium defecerunt. Tunc ex communi fratrum judicio definitum est vestram Beati Joannis Ecclesiam debere Maternitatis prerogativam in perpetuum obtinere. Unde nos una cum eis, eandem vestram Ecclesiam ex tunc à querela illa liberam fore decrevimus Episcopalem in ea sedem permanere irrefragabiliter statuentes. Auctoritate insuper Apostolica in cûjus vocati partes sollicitudis fueramus sub anathematis obligatione præcipimus, ut nullus eam ulterius Clericus, sive Laicus inde inquietare, aut inquietanti favorem præsumeret ministrare. Hac promulgata ex communi deliberatione sententia Canonici Sancti Stephani ad nos secretius accesserunt, ut constituendæ inter vos, & illos pacis diem præstigeremus suppliciter postulantes. In quorum vobis non nihil doli, nihil profus veritatis opinantes, supplicationi eorumdem annuimus, & diem eis, uti postulaverant, constituimus. Mox ipsi à nobis fraudis inito consilio discedentes unum ex fratribus suis, Petrum scilicet de Moneta, ad prædictum prædecessorem nostrum furtim, & no-

bis nihil omnino tale opinantibus direxerunt. Is postquam Curie se præsentavit multa ferens, & nonnulla confingens mendacia, inter cætera suggerere domino ausus est nos de prædicto negotio nihil fecisse, neque in ejus executionem obedire mandato sedis Apostolicæ voluisse. In hæc signimenta discedens & rursus ad curiam rediens, reliquos secum deceptores adduxit: congregatisque eis discussio quasi à principio facta est. Novissime quædam illarum personarum quæ tam celebri, ut prædictum est, judicio reprobatae fuerant, immo & aliæ nequaquam idoneæ, ad præfatam probationem admittæ sunt. Duo ex Clericis nostris, quos pro jam dicti confirmatione judicii miseramus advenerant: sed cum omnia quæ acta fuerant, diligenter exponerent proficere nullatenus potuerunt. Canonici quippe S. Stephani ita jam Curiam totam signamentorum suorum fallacii & assentionum blandimentis aspererant: ut aliis nullum in ea locum habentibus, ipsi scriptum Maternitatis acceperint. Post aliquantum temporis illorum fraudem idem dominus & recognovisse asseritur, & super ea vehementius doluisse. Unde etiam tibi, carissime frater Archiepiscopo Anserice per sui auctoritatem scripti liberam contulit facultatem, Episcopalia in qua velles Ecclesia peragendi.

§. 2. Postea vero quam nos in Apostolicæ sedis Administrationem Divina fuimus gratia constituti, vos aures nostras super eadem querimonia iterum atque iterum propulsastis. Nos autem supradictam deceptionem, necnon & causam omnem plenius cognoscentes, utpote qui ab ipso pueritiæ nostræ tempore in illis educati partibus fuimus, & nostris totius rei veritatem oculis vidimus: utramque partem ad nostram secundo præsentiam convocavimus. Vos, ut mandatum fuerat, convenistis, sed illi se nullis præmissis excusationibus subtraxerunt. Tertia tandem terminum tam eis, quam vobis in B. Lucæ festivitate præfiximus: sed in parte altera, etiam hac vice contempti sumus. Cum enim vos præsentem fueritis, & quindecim dies in curia permanentes, terminum transferitis: illi nec venerunt nec responsales aliquos transmiserunt. Quamobrem fratribus nostris Episcopis, & Cardinalibus, necnon & Archiepiscopis, Episcopis & Abbatibus qui nobiscum aderant visum est B. Stephani Canonicos diffugium petiisse, ne coram nobis negotium tractaretur, qui & ipsorum dolositatem, & justitiæ vestræ puritatem certissime sciebamus.

§. 3. Ex communi ergo eorumdem fratrum nostrorum consilio, illud Maternitatis scriptum quod per tantæ fraudis versutiam sæpedito domino nostro surreptum est, apostolica auctoritate cassamus: Statuentes ut nullum robur, nullam in posterum vim profus obtineat; sed in tota Bisuntinæ Civitatis parochia sola B. Joannis Ecclesia omnem Episcopalis sedis, & matricis Ecclesie possideat futuris temporibus dignitatem, quam præfatis cognoscitur temporibus possedisse.

§. 4. Porro consuetudines omnes, quas Ecclesia S. Sephani à tempore Hugonis Salinensis bonæ memoriæ Bisuntini Archiepiscopi, usque ad tempora fratris nostri Hugonis, qui in Jerosolymitana peregrinatione defunctus est, tam in spiritualibus, quam in temporalibus Ecclesie vestræ perfolvit, quietè vobis deinceps, & eidem vestræ Ecclesie perfolvantur.

§. 5. Ad hæc absolutionem, quæ tam à te carissime in Christo frater, & Episcopo Anserice, quam & ab Humbaldo Lugdunensi Ar-

Ad Pontificatum evectus utramque partem ad suam secundo præsentiam convocavit.

B. Joannis Ecclesie Canonici Episcopatum Maternitatis que dignitatem adjudicat, & scriptum aliorum fraudis versutia à Prædecessore resumptum diffisum decernit.

Omnes consuetudines Ecclesie S. Stephani B. Joannis Ecclesie perfolvit deinceps eidem Ecclesie perfolvi jubet. Absolutionem super juramento ad utriusque

Ecclesie Clericis factam confirmatamque roborat.

Canonico B. Stephani huic sanctioni contraire vetat si vero tentaverint licentiam dat de personis, eorumque Ecclesia iustitiam exequendi.

Sanctio Pœnalis.

Pax & benedictio servantibus.

Datum XIV. Kal. Aprilis Pontificatus anno IV.

V. Ex Tabbe T. 10. Conc. pag. 852. Edita An. Do. 1122.

Exordium. Pallium primatumque à Prædecessoribus in totis Hispaniarum regnis Bernardo concessis confirmat.

Solius Romani Ponti-

chiepiscopo, super juramento illo Clericis utriusque Ecclesie facta, & à nobis dum adhuc in partibus ultramontanis esse confirmata est, præsentis quoque decreti pagina roboramus, & ratam perpetuo manere decernimus: auctoritate sedis Apostolicæ statuentes, & omnimodis præcipientes, ut neque vos S. Stephani Canonicos, neque ipsi, aut qualibet persona vos ulterius super juramento illo præsumat impetere. Si nostræ igitur sanctioni huic B. Stephani Canonici audaci præsumptione contraire tentaverint: tibi dilecte in Christo frater Anserice Bisuntinæ Archiepiscopo, tuisque successoribus licentiam damus de personis eorum, & de ipsa etiam Ecclesia cooperante Deo, donec satisfecerint iustitiam exigendi.

§. 6. Si qua etiam in futurum Ecclesiastica Sæcularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam venire tentaverit: secundo tertiove commonita si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore, ac sanguine Dei, & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultionis subiaceat.

§. 7. Cunctis autem eidem B. Joannis Ecclesie iusta servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi: quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant Amen, Amen.

Scriptum per manus Gervasij Scrinarii regionarii & notarii Sacri Palatii.

Datum Laterani, XIV. Kal. aprilis, Indict. XV. Incarnationis Dominicæ Anno MCXXII. Pontificatus autem Domini Calixti II, Papæ Anno IV.

Ego Calixtus, Catholicæ Ecclesie Episcopus subscripsi.

Confirmatio jurium Primatus Toletanæ Ecclesie.

CALIXTUS EPISCOPUS.

Servus Servorum Dei, venerabili Fratri Bernardo Toletano Primati, ejusque successoribus canonicè substituendis in perpetuum.

Postquam supernæ miserationis dignatio insignem quondam & inter Hispaniarum urbes magni nominis civitatem Toletanam studio & labore gloriosæ memoriæ Regis Idelfonsi de Sarracenorum tyrannide liberaverunt: Domini Prædecessores nostri Sanctæ Recordationis Urbanus & Paschalis Ecclesie Romanæ Pontifices ejusdem civitatis Ecclesiam pristinæ studuerunt restituere dignitati. Undè, reverendissime frater, & Coepiscopo Bernarde, pallium tibi, pontificalis videlicet officii plenitudinem, conferentes, in totis Hispaniarum regnis primatem te privilegiorum suorum sanctionibus statuerunt sicut Prædecessores tuos prædictæ urbis Pontifices, constat antiquitus extitisse. Quorum nimirum patrum nostrorum vestigiis insistentes, tam tuis, quam & Reverendissimi nepotis nostri Idelfonsi Regis precibus duximus annuendum: ut autore domino, eandem tibi tuisque successoribus honorem, & per vos, Toletanæ Ecclesie confirmemus.

§. 1. Apostolica igitur auctoritate statuimus,

ut per universa Hispaniarum Regna Primatus obtineas dignitatem. Verum personam tuam in manu nostra propensiori gratia retinentes, censemus, ut solius Romani Pontificis iudicio ejus causa, si qua fuerit decidatur.

§. 2. Te itaque universi Hispaniarum Præsules Primatem respicient; & ad te si quid inter eos quæstione dignum exortum fuerit, referent: salva tamen in omnibus Romanæ Ecclesie auctoritate, & salvis Metropolitanorum privilegiis singulorum.

§. 3. Sane Toletanam Ecclesiam præsentis privilegii stabilitate munimus, Complutensem ei Parochiam cum terminis suis, nec non, & Ecclesias omnes, atque Diæceses, quas jure proprio antiquitus possedisse cognoscitur, confirmantes.

§. 4. Episcopales præterea sedes Ovetum, Regionem, Palentiam, eidem Toletanæ Ecclesie, tanquam Metropoli subditas esse decernimus. Reliquas vero, quæ antiquis ei temporibus subiacebant cum dominus omnipotens Christianorum restituerit potestati suæ dignatione misericordie: ad caput proprium referendas decreti hujus auctoritate sancimus. Porro illarum Diæceses civitatum, quæ Sarracenis invadentibus Metropolitanos proprios amiserunt, eo tenore vestra subijcimus ditioni: ut quoad sine propriis extiterint Metropolitanis, tibi ut proprio, debeant subiacere: salvo tenore privilegii, quod à nobis Compostellanæ Ecclesie Pontifici est collatum. Si quæ autem Metropoles in statum fuerint proprium restitute, suo quaque Diæcesis Metropolitanato restituantur: ut sub proprii pastoris regimine super divini collatione beneficii gloriatur.

§. 5. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica, sæcularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temere venire tentaverit: secundo tertiove commonita si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore & sanguine Dei, & Domini Redemptoris Jesu Christi aliena fiat, atque in examine districtæ ultionis subiaceat.

§. 6. Cunctis autem eidem Monasteriis iusta servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus, & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inveniant.

Datum Mantie per manus Chrysoconi S. R. E. Diaconi Cardinalis ac Bibliothecarii III. Nonas Novembris Indictione XV. Incarnationis Dominicæ Anno MCXXII. Pontific. autem Calixti II, Papæ, Anno III.

Concordatum Nationis Germanicæ antiquissimum circa electiones & Investituras Episcoporum & Abbatum inter Imp. Henricum V. & Papam Calixtum II. factum Vormatiæ in conventu Imperii, Præsente Legato sedis Romanæ Lamberto Cardinali Episcopo Ostiensi, cum aliis duobus Cardinalibus.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Ego HENRICUS Dei gratia Romanorum Imperator Augustus pro amore Dei & Sanctæ Romanæ Ecclesie, & Domini Papæ Callixti, & remedio animæ meæ, dimitto Deo, & Sanctis Dei Apostolis Petro & Paulo, sanctæque; Catholicæ Ecclesie omnem investituram per annulum & baculum, & concedo in omnibus Ecclesiis quæ in Regno vel Imperio meo sunt, fieri electionem, & liberam Consecrationem.

§. 2. Te itaque universi Hispaniarum Præsules Primatem respicient; & ad te si quid inter eos quæstione dignum exortum fuerit, referent: salva tamen in omnibus Romanæ Ecclesie auctoritate, & salvis Metropolitanorum privilegiis singulorum.

§. 3. Sane Toletanam Ecclesiam præsentis privilegii stabilitate munimus, Complutensem ei Parochiam cum terminis suis, nec non, & Ecclesias omnes, atque Diæceses, quas jure proprio antiquitus possedisse cognoscitur, confirmantes.

§. 4. Episcopales præterea sedes Ovetum, Regionem, Palentiam, eidem Toletanæ Ecclesie, tanquam Metropoli subditas esse decernimus. Reliquas vero, quæ antiquis ei temporibus subiacebant cum dominus omnipotens Christianorum restituerit potestati suæ dignatione misericordie: ad caput proprium referendas decreti hujus auctoritate sancimus. Porro illarum Diæceses civitatum, quæ Sarracenis invadentibus Metropolitanos proprios amiserunt, eo tenore vestra subijcimus ditioni: ut quoad sine propriis extiterint Metropolitanis, tibi ut proprio, debeant subiacere: salvo tenore privilegii, quod à nobis Compostellanæ Ecclesie Pontifici est collatum. Si quæ autem Metropoles in statum fuerint proprium restitute, suo quaque Diæcesis Metropolitanato restituantur: ut sub proprii pastoris regimine super divini collatione beneficii gloriatur.

§. 5. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica, sæcularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temere venire tentaverit: secundo tertiove commonita si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore & sanguine Dei, & Domini Redemptoris Jesu Christi aliena fiat, atque in examine districtæ ultionis subiaceat.

§. 6. Cunctis autem eidem Monasteriis iusta servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus, & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inveniant.

Datum Mantie per manus Chrysoconi S. R. E. Diaconi Cardinalis ac Bibliothecarii III. Nonas Novembris Indictione XV. Incarnationis Dominicæ Anno MCXXII. Pontific. autem Calixti II, Papæ, Anno III.

Concordatum Nationis Germanicæ antiquissimum circa electiones & Investituras Episcoporum & Abbatum inter Imp. Henricum V. & Papam Calixtum II. factum Vormatiæ in conventu Imperii, Præsente Legato sedis Romanæ Lamberto Cardinali Episcopo Ostiensi, cum aliis duobus Cardinalibus.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Ego HENRICUS Dei gratia Romanorum Imperator Augustus pro amore Dei & Sanctæ Romanæ Ecclesie, & Domini Papæ Callixti, & remedio animæ meæ, dimitto Deo, & Sanctis Dei Apostolis Petro & Paulo, sanctæque; Catholicæ Ecclesie omnem investituram per annulum & baculum, & concedo in omnibus Ecclesiis quæ in Regno vel Imperio meo sunt, fieri electionem, & liberam Consecrationem.

§. 2. Te itaque universi Hispaniarum Præsules Primatem respicient; & ad te si quid inter eos quæstione dignum exortum fuerit, referent: salva tamen in omnibus Romanæ Ecclesie auctoritate, & salvis Metropolitanorum privilegiis singulorum.

§. 3. Sane Toletanam Ecclesiam præsentis privilegii stabilitate munimus, Complutensem ei Parochiam cum terminis suis, nec non, & Ecclesias omnes, atque Diæceses, quas jure proprio antiquitus possedisse cognoscitur, confirmantes.

§. 4. Episcopales præterea sedes Ovetum, Regionem, Palentiam, eidem Toletanæ Ecclesie, tanquam Metropoli subditas esse decernimus. Reliquas vero, quæ antiquis ei temporibus subiacebant cum dominus omnipotens Christianorum restituerit potestati suæ dignatione misericordie: ad caput proprium referendas decreti hujus auctoritate sancimus. Porro illarum Diæceses civitatum, quæ Sarracenis invadentibus Metropolitanos proprios amiserunt, eo tenore vestra subijcimus ditioni: ut quoad sine propriis extiterint Metropolitanis, tibi ut proprio, debeant subiacere: salvo tenore privilegii, quod à nobis Compostellanæ Ecclesie Pontifici est collatum. Si quæ autem Metropoles in statum fuerint proprium restitute, suo quaque Diæcesis Metropolitanato restituantur: ut sub proprii pastoris regimine super divini collatione beneficii gloriatur.

§. 5. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica, sæcularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temere venire tentaverit: secundo tertiove commonita si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore & sanguine Dei, & Domini Redemptoris Jesu Christi aliena fiat, atque in examine districtæ ultionis subiaceat.

§. 6. Cunctis autem eidem Monasteriis iusta servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus, & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inveniant.

ficus iudicio causas si qua fuerint decidandas statuit.

Quæstiones inter Hispaniarum Præsules agitas ad Primatum referendas salvis Pontificis auctoritate Metropolitanorumque privilegiis decernit.

Complutensem Parochiam cum terminis suis Toletanæ Ecclesie confirmat.

Ovetum Regionem & Palentiam Toletanæ Ecclesie subditas esse decernit.

Diæceses Civitatum quæ Sarracenis invadentibus Metropolitanos proprios amiserunt eisdem Ecclesie subijcit ditioni.

Pena contraventium.

Pax oblectantibus.

Data 3. Nonas Novembris Pontificatus Anno III.

VI. Ex Leibnizii Cod. Dipl. jur. gent. p. 2. P. 1. An. Dom. 1122.

Possessiones & Regalia Beati Petri, quæ à principio hujus discordiæ usque ad hodiernum diem, sive tempore Patris mei, sive etiam meo ablatae sunt, & habeo, eidem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ restituo, quæ autem non habeo, ut restituantur, fideliter adjuvabo. Possessiones etiam omnium aliarum Ecclesiarum, & Principum, & aliorum, tam Clericorum, quam Laicorum consilio Principum, & iustitia, quæ habeo, reddam, quæ non habeo, ut reddantur fideliter adjuvabo. Et do veram pacem Domino Papæ Callisto Sanctæque Romanæ Ecclesiæ & omnibus, qui in parte ipsius sunt, vel fuerunt. Et in quibus Sancta Romana Ecclesia auxilium postulaverit fideliter juvabo, & in quibus mihi querimoniam fecerit debitam sibi iustitiam faciam.

Ego CALIXTUS Servus Servorum Dei, dilecto filio Henrico Dei Gratia Romanorum Imperatori Augusto concedo Electiones Episcoporum & Abbatum Totonici Regni, quæ ad Regnum pertinent, in præsentia Tua fieri absque simonia, & aliqua violentia, ut si quæ inter partes discordia emergerit, Metropolitanus & Provincialium consilio vel iudicio seniori parti consentium, vel auxilium præbeas. Electus autem Regalia per sceptrum à te recipiat, exceptis omnibus, quæ ad Romanam Ecclesiam pertinere noscuntur, & quæ ex his iure Tibi debet faciat. Ex aliis vero partibus Imperii consecratus infra sex menses regalia per sceptrum à te recipiat. De quibus vero mihi querimoniam feceris secundum officii mei debitum auxilium meum præstabo. Do tibi veram pacem, & omnibus, qui in parte tua sunt, vel fuerunt, tempore hujus discordiæ. Anno millesimo centesimo vigesimo secundo, nono Calendas Octobris.

HONORIUS SECUNDUS.

PONTIFEX CLXV.

ANNO DOMINI MCXXIV.

Honorius II. cui prius nomen Lambertus Bononiensis ex Episcopo Officiensi Pontificatu maximo donatus XIX. Kal. Januarii anni 1124. Verum non sine Schismate quod Theobaldus sibi Pontificatus maximi partes usurpaverat. Ea tempestate Tanchelinus Adamitarum præfultor suam condidit hæresim, & Rex Gothorum Christianæ Religionis nomen dedit. Obiit Honorius XVI. Kal. Martij anno 1130. & in Basilica Salvatoris sepultus fuit. (*Magni Bullarii Romani Tom. I. hujus Editionis Luxemb. 1727. Append. fol. 32.*)

I.

Ex Labbe
T. 1. pag.
910.
Edita A. D.
1125.

Confirmatio excommunicationis latæ in Fulconem Comitem Andegavensem.

HONORIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei, dilectis filiis Clericis Taronensibus Matris Ecclesiæ S. Mauricii, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Prooemium.

Sicut boni & humiles filij sunt paternæ dilectionis nexibus arctius adstringendi, ita

ingrati & inobedientes sunt rigore iustitiæ coercendi.

§. 1. Siquidem compertum habuimus quod Fulco Andegavensis Comes divortium illiciti matrimonij filia suæ & Guillelmi filij Roberti Comitis à dilecto filio nostro J. Cardinali Presbytero Apostolicæ sedis Legato, & ab illis fratribus nostris Coepiscopis, & sapientibus viris accepta idoneorum probatione testium iudicatum servare contempsit.

§. 2. Præterea quod gravius est, uti accepimus, ad B. Petri sanctæ atque Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ injuriam prædicti Legati Nuntios ad eum directos capiens, & in arcta custodia per duas septimanas retinens, barbas eorum & capillos flammis exurere & Literas in conspectu hominum sub dio cremare præsumpsit.

§. 3. Unde Legatus idem in propriam Comitum terram interdictionis, & in personam ejus excommunicationis sententiam promulgavit. Nos ergo habito fratrum consilio, eandem usque ad condignam satisfactionem sententiam ratam habemus. Interdictum autem præcipimus observari.

Datum Laterani pridie Idus Aprilis.

Damnatio parvæ consuetudinis exigendi pecunias ab his qui recipiuntur in Canonicos.

HONORIUS EPISCOPUS.

Servus Servorum Dei; Alexandro. Episcopo & Clero Leodiensi, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Relatione Fratrum vestrorum ad nos venientium comperimus hanc in vestra Leodiensi Ecclesia detestabilem ex antiquo fieri consuetudinem, ut quicumque ibi Canonicus fieri voluerit, oporteat eum Præposito & Decano determinatam pecuniam exhibere, & ad hoc de investituris Ecclesiarum, & Altarium Archidiaconos & Decanos facere accepimus. Scriptum est in Evangelio quia Dominus Noster vendentes & ementes eiecit de templo. Ideoque per præsentia scripta firmiter præcipiendo mandamus, quatinus tam prava consuetudo de cætero apud vos nullatenus conservetur, sed modis omnibus annihiletur. Quod si quis deinceps præsumserit agere, nos & dantem & accipientem jubemus locum in Ecclesia ulterius non habere. Datum Laterani VII. Idus Novembris I.

INNOCENTIUS II.

PONTIFEX CLXVI.

ANNO DOMINI MCXXX.

Die eodem quo Honorius vita functus Innocentius hujus nominis secundus, Cardinalium unius partis, & quidem potissima suffragio fuit electus anno MCXXX. cum altera pars Petrum Leonis Schismaticum eligeret, At Innocentius celebratis Claromontano, & Pisano Concilijs hunc & fautores anathemate feriit. Lotharium Imperij diademate donavit. A

Fulconem miratur divortium illiciti matrimonij filia suæ à Legato iudica um servare contempsisse.

Eumque Legati nuntios curiis accepisse.

Sententiam excommunicationis in terram Comitumque personam promulgatam confirmat.

II.

Ex spicil:
Dacher. T. 8:
nov. edit.
pag. 479.
Edita An.
Dom. 1128.

Rogero